



UB Halle / S.



1665
S.S. Triade auxiliante!
DISPUTATIO JURIDICA,
DE

21

28

LOCATIONE ET
CONDUCTIONE

Quam

Permiffu & Autoritate

Magnifici, Nobiliffimi, Ampliffimi Electorum Ordinis
in perantiquâ jam refloréfcente Germaniâ

Sub Præfidio

Viri Nobilis, Clariffimi & Confultiffimi

DN. JOANN. MELCHIORIS OHRANDT, J. U.

LICENT. Prof. Publ. Judicijq; Electoralis

Moguntini Adffeforis,

Patroni ac Præceptoris fui, omnis honoris ac amoris

sultu devotè colendi.

Publicæ ac folenni difquifitioni fubjicit

JULIUS ACHILLES DIEST, Sufato - Westph.

NOTAR. PUBL. CÆS. J. U. Stud.

Autor & Respondens

IN COLLEGIO JURIDICO

Ad diem $\frac{17}{7}$ Junij, Anno M. DC. LXV.

ERFURTI,

Literis Academicis FRIDERICI MEL-

CHIORIS DEDEKINDI.



PATRIÆ PATRIBUS,

VIRIS

*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultis-
sims, prudentiâ politicâ, multipliciq, rerum civilium
usu & experientiâ eminentissimis,*

DNN. CONSULLI-

BUS, PROCONSULIBUS,

SYNDICO, SE-

CRETARIIS,

ac universo Ordini Senatorio inclytæ Rei-
publ. SLISATENSIS spectatissimo,


*Dnn. suis gratiosis, patronis, promotribus, ac mæ-
cenatibus maximis, ea quæ par est, animi subjectione atq,
reverentia submissè colendis,*

Hanc disputationem juridicam

consecrat

Julius Achilles Oest/
Autor.

Autor.



I. N. D. N. J. C.

ANTIPAGMENTUM.



Vot sensus, tot capita: Hoc quadriverbium satis vulgare, tamen verissimum est. Sunt enim qui putant, nihil artis esse de tali materia, quæ satis est exulta & exercitata, scribere; Scripturus enim aliquid, materiam alterius. Tractationi nondum subjectam pertractandam, in se suscipiat, huicq; suæ sententiæ ita pertinaciter adherent, ut quamvis rationibus fortioribus vincantur, non tamen decedant, sed ut morosi & xerosi homines sibi tantum placent, & sua tantum pulchra judicant, eosq; qui contra sentiunt, odio prosequuntur; Ast, quid hi aliud faciunt quam quod se deridendos alijs propinant? Nam una eademq; materia diversam recipere potest tractationem. Potest enim contingere, priorem materiæ tractationem esse nimis brevem & angustam, posteriorem diffusiolem & angustiolem, Priorem esse obscuram, posteriorem verò explanatam. Sunt quoq; alij, qui quamvis hæc, quæ dicta sunt, concedant, tamen hæc utuntur restrictione: Modo non ex aliorum sudoribus sit collectum opus, aliorumq; vitulâ exaratum. Verum & hi ignorantia suæ specimen edunt, quæro enim ex ipsis, an aranearum textura propterea sit melior, quia ex se fila gignunt, apumq; vilior, quia ex alienis libant?

A 2

libant?

libant? Quapropter non culpandos esse, (ut opinor) qui materiam ab alijs satis discussam pertractandam in se suscipiunt, cum frequentia & quotidiana plenius tractanda sint. *l. leg. vi. 25. ff. de Libert. legat. l. 1. ff. de suspect. tut.* & alienà vitularare, modo de suo aliquid addat, nemo, nisi sit insanæ mentis, culpabit. Relictis verò aliorum opinionibus hanc nobilissimam, & in cathedris satis contentiosam, scituq; per necessariam materiam de Locatione & Conductione, eâ brevitare, quâ fieri potuit, publico examini sisto. Et si hanc materiam, tot difficultatibus involutam, non satis dignè pertractaverim, boni æque rerum æstimator, veniam mihi dabit, suâq; supplebit benevolentia, sit igitur, invocato prius nomine Divinò;

CAPUT II.

DE DEFINITIONE NOMINALI,
REALI, ac DIVISIONE:

TH. II

Cum in jure nostro ut & in alijs Disciplinis, potior quidem rerum, verborum autem prior ratio habenda, *l. 1. ff. de J. & J. l. 1. ff. de reb. credit.* Et ridiculosè agere videatur, qui sine perceptione nominis, ad perceptionem ipsius rei progredi velit. *Scalig. Exercit. 1. Galen. lib. 1. de Method.* Ideòq; de nobilissimâ Locationis & Conductionis materiâ scripturus, lubet priusquam ad ipsius rei pertractationem veniam, definitionem nominis, paucis attingere.

Etymologia vocis Locationis. 2. Locationis & Conductionis vocabula non rarò confundi solent, idcirco difficilè, & tamen necessarium est ea determinare. Locationis vocabulum quod attinet merè Latinum est, desumiturq; à LOCO, quia locare, est alteri locum in suo dare. *Manz. ad rubr. bot. no. 2. Wesenb. w. am. ff. b. 1. n. 2. Harpr. Comm. ad bot. no. 2.* Vel Locare est propinè in aliquo loco ponere. *Auct. Varro. lib. 4. de Ling. Latine.* Non verò à facio ut opinor.

pinatur *Job. Robert. i. Animad. 10. n. 15.* quem tamen refutat *Cujacius in Mercat. lib. 1. c. 101.* Conductionis vero originem sumptissime communiter tradunt à CON- & DUCO h. e. secum ducere, vel auferre; nam res locata (praesertim mobilis) ductum conductoris sequitur. Hinc is qui rem conductam secum ducit, conductor dicitur. *Manz. pr. h. t.*

3. Locationis & conductionis contractus hisce duobus *Vocab. Locat. & Conduct. qvodo in jure reperiantur.* vocabulis exprimitur, & aliquando conjunctim, quatenus negotij & contractus unitatem designat, ut *in tit. Inst. de Locat. & Conduct. § tit. ff. eod.* Aliquando quoque divisim, quatenus contractus duorum voluntatibus in analysi distingvendis constat. Ea quoque in inscriptione hujus dissertationis, conjunctim ponere placuit, quoniam sunt correlata, respectum aliquem inter se habentia. Est quidem locatio & conductio unus contractus, sed duo facta, aliud namque est locare, aliud conducere, alius locator, alius conductor. *l. 11. §. 4. ff. h. t.* Alius Locator & Conductor rei: quorum ille rem dat sub certa mercede: Hic vero accipit, praestitâ mercede; Alius, facti vel operæ, qui certo respectu idem dici potest & locator & conductor. videatur *Sutbolt. disert. 15. eb. 35. 36. 37. & eb. 38.* addita distinctio. Alia actio datur locatori, alia conductori. *pr. Inst. h. t. l. 15. pr. ff. h. t.*

4. Antequam vero ad definitionem realem accedamus locationis & conductionis homonymias intueri placet, nam alia errorum generatrix est æquivocatio semper. Sumitur autem Locatio in immenso juris oceano (1.) LATE pro concessione quavis rei ad usum, licet utendo consumatur, ita mutuo locatio fit. *l. 1. §. C. de Usur.* atque ita contractum libellarium, censiticum & emphyteuticum sub se comprehendit. *§. 3. Inst. h. t. l. 8. & 21. C. eod. tot. tit. si ager vectig. Trentl. vol. 1. disp. 29. tb. 1. Lit. A. Hahn. ad Wesenb. h. t. n. 3.* His annumerari quoque potest contractus, quo oves & vaccæ ferreæ locantur, vulgò *Eiserne Kühe und Schaffe* / quod locationis genus apud Germanos hodie usu & consuetudine receptum est, teste *Carpz. in Jurispr. Forens. part. 2. consl. 37. def. 19.* (2.) STRICTE, quatenus contradistinguitur Emphyteusos contractui, quando scilicet unus contrahentium, alteri sub certa mercede offert aliquid utendum vel faciendum. Et sic locare nostro sermone dicitur *vermieten / verpachten / verheuren*

ven/Verdingen/Aufschun. Conducere verò Mieten/Pachten/
Acceptio vocab. Heuren/Dingen/Einnehmer. Simili ratione Conductionis vo-
Conduct. cabulum accipitur (1.) LATE, ita ut etiam quamlibet rem, imò
& Emphyteuticam sub se recipiat. (2.) STRICTE, pro eâ Lo-
cationis & Conductionis parte, quâ unus contrahentium, præsti-
tâ mercede, rem utendam, & fruendam accipit, vel etiam aliquid
faciendum suscipit, qui propriè appellatur conductor. *arg. l. 38.*
pr. ff. h. t. l. 33. ff. eod. Mejer. in Colleg. Argent. b. t. tb. 4. Perez. in
C. n. i. b. t. Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 1. lit. H.

Definitio.

5. Cæterum quia definitio magnum lumen omnibus ma-
terijs addit, & ex ignorantia definitionis, nulla materia bene in-
telligi aut cognosci potest, teste *Schradero in tract. de contract. n. 4.*
rubr. de duob. reis. Ideòq; Locationem & Conductionem strictè
acceptam h. m. definire placet: LOCATIO ET CONDUCTIO
EST CONTRACTUS JURIS GENTIUM, NOMINATUS,
BONÆ FIDEI, SOLO CONSENSU INITUS, DE PRÆ-
STANDO CERTO USU REI, AUT PRÆSTANDA OPE-
RA PERSONÆ, PRO CERTA MERCEDE CONFESTIM
DEFINITA. Hanc definitionem amplectuntur *Wesenbergius,*
Treutlerus, Harprecht in Comm. ad h. t. ac Nobiliß: Dnus D. Struve
Præceptor meus honoratissimus in Syntag. Jur. Civil. & Dd. communi-
ser.

Definitionis E-
nodatio.

6. In hac definitione posuimus Locationem & conducti-
onem esse CONTRACTUM, quem esse probatur per verbum
contractus ac contrahere, ut in *§. f. Inst. de Obl. & tot. tit. Inst. de*
oblig. ex cons. l. 1. & 2. de O. & A. & hoc genus non solum locati-
oni & conductioni, sed etiam emptioni & venditioni, inter quos
duos contractus familiaritas quædam est. *l. 1. & 2. ff. h. t.* nec non
reliquis contractibus consensualibus commune est. JURIS
GENTIUM; nam *Jctus Hermogenianus in l. 5. ff. de J. & J.* lat
claris verbis scribit: Non solum locationem & conductionem,
sed etiam reliquas obligationes, ex Jure Gentium esse introdu-
ctas, cui etiam ad stipulatur *Paulus in l. 1. ff. h. t.* in hæc verba re-
spondens: *Locatio & conductio cum naturalis sit & omnium Genti-*
um, non verbis, sed consensu contrahitur. Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 1.
lit. B. NOMINATUM. l. 7. §. 1. ff. de Pact. l. 1. §. 2. in ff. de rer.
permut. atq; ita distinguitur ab ijs, qui non habent nomen civile
&

& legitimam, & ob id dicuntur innominati, & per additionem negotij, facti vel actus, quod sint contractus, do ut des, do ut facias &c: BONÆ FIDEI, arg. §. actionum autem 28. Inst. de Act. l. 2. §. 3. ff. de O. & A. SOLO CONSENSU INITUM pr. Inst. de oblig. ex consens. l. 2. pr. ff. de O. & A. idem nec traditionem, nec verba neq; literas requirit, sed solo nudoq; consensu de aliquâ re contentâ est. l. 1. ff. b. t. l. 14. ff. eod. Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 1. lit. C. Harpr. in Comm. & quidem pr. b. t. n. 6. Consensus ille fit, vel expressè, vel tacitè, quando sc. sine tractatu, conductor sibi in re locatâ, tempore conductionis impleto, sive elapso, Domino non reluctante, persistit. l. 13. §. 11. ff. b. t. Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 1. lit. C. hac de re quoq; videri potest Carpz. p. 2. Constit. 37. def. 9. ut & Excellentiss. Dn. Habn. ad Wesenb. n. 4.

7. Versatur autem dictus iste consensus in hoc contractus circa rem ipsam, vel operam quæ locatur, & certam mercedem. l. 15. §. 5. l. 13. §. 1. ff. b. t. l. 52. pr. ff. de Donat. inter vir. & uxor. l. 23. ff. com. divid. & hæc tria, nempe consensus, res ipsa vel opera locata, & certa merces ad substantiam hujus contractus sunt necessaria. Manz. ad pr. b. t. fufius Mozz. in tract. de Locat. & conduct. & sic notantèr in definitione hæc ponuntur verba: DE PRÆSTANDO CERTO USU REI, aut PRÆSTANDA OPERA PERSONÆ, PRO CERTA MERCEDE CONFESTIM DEFINITA. Locari enim possunt: Ufus in domo. l. si tibi habitationem. §. l. si quis domum. §. in pr. & passim. ff. b. t. Fructus in fundo. l. 15. §. 5. l. 24. §. 4. ff. b. t. Operæ in homine. l. 13. §. 1. & seqq. l. 26. l. 28. ff. b. t. Harpr. in Comment. de Locat. pr. n. 7. & in hoc distinguitur ab Emptione, nam factum vendi non potest, quia tradi nequit, quod tamen requiritur in emptione, locari autem potest. Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 1. lit. E. Certa merces tanquam tertia substantialis pars hujus contractus requiritur, quandoquidem sine certâ mercede locatio non contrahitur, sed est contractus innominatus. Harpr. cit. loc. Nihil autem refert, sive sit certa merces per se, vel per relationem ad aliud. §. 1. Inst. b. t. v. g. si quis ita dixerit: Loco tibi domum meam pro tantâ pecuniâ, quantam in arcâ tuâ habes. Sibrad. b. t. n. 4. & propter certam mercedem differt locatio à Commodato & pretario, in quibus nullâ mercede certâ interveniente, res gratuito alicui utenda

Substantialia
Locationis &
conductionis.

conce-

concedi solet. §. 2. Inst. quib. mod. de re contrib. obl. l. 1. ff. de Pre-
car. Perez. in C. b. t. n. 4. Merces autem nomine hic venit, ea
quantitas, quam quis concessit usu seu factio rei suae, aut opera sua
meretur. Donell. lib. 13. Comm. c. 6. quæ & vectura dicitur. l. ult.
pr. ff. ad L. Rhod. de jact. & Honorarium. l. 38. inf. ff. b. t. & in
rebus immobilibus vocatur pensio. l. 3. C. b. t. l. 9. §. ult. & pass.
ff. b. tit. Et regulariter consistere debet in pecuniâ numeratâ. l.
5. §. 2. ff. præscript. verb. l. 23. ff. comm. divid. l. 1. §. f. ff. mandat. l.
1. §. 9. ff. deposit. Manz. pr. b. t. Hahn. ad Wesenb. n. 6. & 7. b. t.
Schnob. disp. 11. th. 23. Dnus D. Struv. Syntag. Jur. civil. Exercit. 24.
th. 5. Tandem in definitione adjicitur: CONFESTIM DEFINI-
NITA, cum enim in futurum contrahentium arbitrium merces
confertur, non locatio & conductio, sed contractus innomina-
tus est, unde præscriptis verbis actio nascitur. l. 22. ibi: Proctinus
aut data aut constituta sit merces ff. de præscript. verb. §. 1. Inst. b. t.
Harpr. in comm. ad b. t. Bocer. in Comment. ad l. 23. ff. de R. J. c. 4.
n. 9. Hun. in tract. var. resol. jur. Civil. tract. 7. p. 2. quest. 2.

Divisio.

8. His igitur breviter expositis ad Divisionem Locationis
& conductionis progredior. Contrahitur autem (1.) vel IN
SCRIPTIS, quæ perfecta est, si locationis instrumenta desuper
confecta & à partibus subscripta sint. l. 13. §. f. inf. ff. b. t. Vel
SINE SCRIPTIS, quæ suis partibus absoluta est, simul, cum de
mercede certâ conventum est. l. 17. ibi. Gotthofred. & Dd. C. de fi-
de instrum. l. 2. ff. b. t. Mozz. in tract. de Locat. cap. de Divis. locat.
ubi plura. (2.) Locatio & conductio, ut genus si in species divi-
denda est, alia dici potest EMPHYTEUSIS, sive contractus Em-
phyteuticus. §. 3. Inst. b. t. l. 8. & 21. C. eod. Alia in SPECIE
generali nomine dicta Locatio & Conductio de qua h. l. hæc in
alias species dividi posse non videtur. Mejer. in Colleg. Argent. b.
1. th. 3. occurrentes autem divisiones, vel ex materiâ, vel ex acci-
dentibus qualitatibus desumptas, v. g. quod sit: rei, facti, ex-
pressa, tacita, conditionalis, pura, temporaria, perpetua &c: in
hac disertatione suo loco tangemus.

CAPUT

CAPUT II.

DE CAUSA EFFICIENTE LOCATIO-
NIS ET CONDUCTIONIS.

9. **C**Ausam efficientem in definitione posuimus, a-
liam REMOTAM quæ est JUS GENTIUM. l. 7. pr.
§. 1. ff. de PAË. l. 5. ff. de J. & J. Aliam PROPIN-
QVAM, quæ est CONSENSUS contrehentium. pr.
Inst. de Oblig. quæ ex cons. l. 2. §. 1. l. 48. ff. de O. & A. Henning.
Rennemann. in Comm. de Jur. obligat. disp. 10. th. 1. Lit. A. Consen-
sus autem hic accipitur, cum duorum voluntates in unum con-
currunt, utroq; approbante & sciente. Conann. lib. 6. c. 1. n. 4.
Et fit ille consensus ut supra cap. 1. th. 6 dixi vel TACITE' vel
EXPRESSE', & quidem ad ineundam locationem & conductionem
consensus debet esse expressus, ad initæ verò renovationem,
tacitus sufficit l. 13. inf. cum l. seq. l. 16. ff. b. t. Schnobel. disp. 11. th.
10. Wesenb. in wamt. ff. b. t. n. 4. Wusenbach. in Exercit. ad wand.
disp. 37. th. 11. Ludwell. disp. 13. th. 5. lit. H. Hæc autem renovatio
seu reconductio tacite facta in prædijs rusticis ad integrum an-
num; In Urbanis, quoad habitaverit conductor, facta fuisse cen-
setur. d. l. 23. ff. b. t. Wesenb. ibid. n. 8. inf. Harpr. in comment. ad
b. t. pr. n. 17. Ratio differentie hæc datur: Quia fructus rustici
prædij certa tantum anni parte percipiuntur. Gloss. & Bart. n. 10.
in l. 13. §. ult. ff. b. t. & Balbus in l. 16. C. eod. Hinc jam jam cita-
tus Bartolus hæc verba habet: Si aliquod prædium rusticum es-
set, ex quo non perciperentur fructus, nisi de quingvennio, in-
quingvennium quoq; censeretur facta reconductio. Sic quoq;
si esset aliquod, ex quo bis in anno perciperentur fructus, quod
contingit in prædijs Ægypti, teste Plinio lib. 3. natur. histor. c.
20. tunc solum in 6. menses reconductio facta præsumeretur. Me-
noch. in tract. de presumpt. lib. 3. presumpt. 85. n. 8. & 9. Ex dictis
quoq; apparet, quod in vecta ac illata in prædium urbanum tacite
oppignorentur, quamdiu ibi sunt. Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 4. Lit.
F. & G. & si inquilinus sit mercator, idem dicendum esse, tradunt
Dd. Zas. ad §. item serpiaria Inst. de Act. n. 20. Myns. n. 16. Treutl.
dict. loc. Lit. H. Idq; de jure communi non tantum procedit in
eo, qui conduxit domum, verum etiam in eo, qui una saltim no-

Causa efficiens
quæ sit?

Consensus quo-
modo fiat

Et hospitij gratia in domo alterius permanfit. *Alex. in l. divortio. §. ab donat. in f. ff. Solut. matrim.* Hinc non incommode quæri potest: An etiam Studiosorum libri pro pensione domus tacite sint obligati? Quod quamvis asserat *Carpz. in Process. jur. tit. 21. Art. 2. n. 28. & 29. Coler. de Process. Execut. part. 2. c. 3. n. 148. Virgil. Pingitz. quest. 88. n. 22. & seq.* Tamen negativam sententiam amplecti placet, & quidem propter utilitatem publicam, nam uti arma militi sunt relinquenda, ita etiam Studiosis relinquendi sunt libri, sine his enim Studiosus commodè ac honestè vivere non potest. *arg. l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss. Auth. & Agricole C. cod. Trentl. vol. 1. disp. 29. tb. 4. lit. I. Manz. in comment. ad Inst. tit. de Act. & quidem ad §. 7. de Act. Servian. n. 35. Libenthal. de privileg. studiosi ex Auth. Habita C. ne filius pro patre pag. mibi 15.*

Consensus fit liber non coactus.

10. Sit porro Consensus LIBER NON COACTUS, quia nihil tam contrarium consensualibus contractibus quam vis & metus. *l. 116. ff. de R. J. & ibidem Bronchorst.* propter singularem autem Studiosorum favorem, cives in Academijs inviti domos, aliam commodam habitationem non invenientibus locare tenentur. *Schneidew. ad §. ult. Inst. b. t. Liebentb. in disp. de privileg. Studios. pag. 14. Virgil. Pingitz. q. 10. n. 7. Magnif. Dn. D. Richter. ad Auth. Habita C. ne filius pro patre Disp. 3. tb. 3. p. 511* Sit quoque consensus PERSPICIUS, NON ERRONEUS, nam errantes & ignorantes consentire non videntur. *l. 15. ff. de Jurisdic. omn. jud. l. 20. ff. de aqua pluv. l. 116. ff. de R. J. l. 9. C. de jur. & fact. ignor.*

Perspicuus non Erroneus.

Quenam persone hunc contractum inire possunt?

Locare non possunt

1. Furiosus

11. Hæc de consensu, restat igitur, ut de personis, qui contractum hunc inire possunt vel prohibentur verba faciam. Locare autem & conducere, ad eòque consensum interponere possunt omnes, qui non prohibentur, quilibet enim rerum suarum moderator & arbiter est. *l. in re mandata 21. C. mand. Locare itaque prohibentur (1.) FURIOSUS l. 1. §. 12. ff. de O. & A. qui nec tacite quidem redintegrare locationem potest. l. 14. ff. b. t. quia furiosus quatenus se. talis, nullam voluntatem habet. arg. l. 40. ff. de R. J. Et ubi nulla voluntas, ibi nullus consensus, ubi nullus consensus, ibi quoque contractus locationis & conductionis efficaciter iniri non potest, nam consensus uti cap. 1. tb. 7. dictum ad substantiam locationis & conductionis requiritur. l. 2. ff. de O. & A. l. 14. ff. b. t. Furiosorum autem duo genera in jure nostro reperiuntur.*

periuntur: Unum eorum qui in perpetuo furore sunt, qui (ut ait
Marcellus in l. 14. ff. de off. praesid.) continuam mentis alienatione om-
ni intellectu carent. l. 22. §. 7. & 10. ff. solut. matrim. l. 12. §. 2. ff.
de iudic. de tali furioso hoc loco loquor; Alterum, eorum
quorum furor intermisit, et ut Icti loquuntur, dilucida ha-
bent intervalla vel inducias. d. l. 22. §. 7. ff. solut. matrim. l. 20. §.
nec furiosus ff. de test. l. 6. C. de Curat. furios. l. 9. C. qui test. fac. poss.
Hi intermisso furore recte hunc contractum inire possunt. l. 9. C.
qui testam. fac. poss. l. 14. ff. de off. praesid. tot. tit. ff. de curat. furios.
De DEMENTIBUS & MENTE CAPTIS idem iudicium esto.
§. 4. Inst. de Curat. Furor enim & Dementia saepissime à Ictis
confundi solet. l. 32. §. 6. ff. de Usu & usufr. leg.

12. Prohibetur quoque (2.) PRODIGUS, cui scilicet à
Magistratu bonis interdictum est. l. 6. ff. de V. O. l. 10. ff. de curat.
furios. Quæritur autem an mutus & surdus hunc contractum in-
nire possint? Quod affirmo, cum solo nutu locatio & conductio
fieri possit. l. 48. l. 52. §. ult. ff. de O. & A. pr. Inst. de oblig. quæ ex
consens.

13. (3.) Locare nequit INFANS, qui sc. fandi non ha-
bet copiam, nostro idiomate, Ein unvündig Kind/ & in iure no-
stro dicitur impubes minor annis septem. Vult. in Comm. Inst. de
Nupt. in pr. n. 7. Hic ut dictum, cum fari nequeat, & non intel-
ligat, quid dicatur & agatur. l. 18. C. iure deliberand. l. 1. §. 13. ff. de
O. & A. l. 1. §. 2. ff. de administ. tut. l. 14. ff. de spons. certe etiam
hunc contractum celebrare non potest. l. 1. §. 3. vers. adeo au-
tem ff. de Pact. l. 209. ff. de V. S. Præter infantes inveniuntur, in
iure pupilli infantia, & pubertati proximi. §. 10. Inst. de inutil. sti-
pul. l. 1. §. 2. ff. de adminic. & peric. tut. l. 11. ff. de R. J. l. 18. C. de
jur. delib. & hi non aliter locare possunt, nisi adhibitâ tutoris au-
toritate, quia in contractibus, quibus uterque contrahentium
obligatur, nisi interveniat tutoris autoritas, alij quidem obligan-
tur pupillis, quando sc. de commodo & utilitate eorum agitur.
pr. Inst. de Auth. tut. l. 28. ff. de pact. At non pupilli alijs. dict. l.
Quatenus autem obligentur, & qui præcisè infantia & puberta-
ti proximi. vid. Harp. ad pr. tit. de Auth. tut. Hunn. lib. 1. var. re-
sol. tr. 4. quæst. 16. 17. & seq. Manz. ad §. 10. Inst. de inutil. stipul.

14. (4.) Locare prohibentur USUARIUS operas servi

B 2

usua-

2. Prodigus.

3. Infans.

4. Usuarium.

usuarij. l. 12. §. ult. l. 14. pr. du. Usu & habit. FRUCTUARIIS.
 Servo fructuario non potest locare operas ipsius servi. l. 25. §. 5.
 pr. ff. de usufr. Et cui vestimentorum usus legatus est, ea locare
 non potest. arg. l. 15. §. 4. ff. de usufr. Multo minus LIBER.
 Nec liber homo suas operas in perpetuum.
 HOMO SUAS OPERAS in perpetuum locare potest. l. 71. §.
 2. de cond. & demonst. l. 6. 24. C. de liberali caus. l. 2. C. de lib. hom.
 exhib. Mejer. in Colleg. Argent. b. t. th. 6. Quæritor autem an Ad-
 vocati & Doctores suam operam locare possint? Hanc quæstio-
 nem salvo tamen aliorum iudicio Nego, & quidem propter l. 1. §.
 5. 8. & 10. ff. de extmord. cognit. Mejer. in Colleg. Argent. b. t. th. 6.
 Idem de Medicis dicendum esse, testatur Mynscent. 3. obs. 7. Pos-
 sunt tamen Honorarium l. 1. §. 10. & 2. ff. de extmord. cognit. vel
 Salarium petere. d. l. 1. §. 8. ff. eod. Manz. ad tit. Inst. de Mandat.
 §. f. n. 18. 19. & 20. Habn. ad Wesenb. b. t. n. 5. in fin. Dn. D. Struve
 in aureo suo Syntag. Jurisprudens. civil. Exercit. 24. th. 4.

Quanam perso-
 na conducere
 non possint?
 1. Milites.

15. Conducere autem non possunt. (1.) MILITES. l. 50.
 ff. b. t. l. 31. 35. C. eod. Novell. 116. c. 11. ne amisso armorum usu, ad
 opus rustre se conferant, & a signis & numeris suis avocentur;
 & militiam contemptam, sordidis ministerijs se dedant, vicinisq;
 graves presumptione cinguli militaris existant. Et non priva-
 tis sed publico armorum usu occupati esse debent, ita ut Rem-
 publ. a qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant. l.
 31. C. b. t. Harpr. in Comm. ad b. t. ad pr. n. 25. Perez in C. ad b. t.
 n. 5. Sibman. Nucl. wand. b. t. p. 464. Stabulum tamen pro co-
 quis, ut & alia sui usus gratia conducere non prohibentur. Mozz.
 in tract. de Locat. & conduct. tit. de his qui poss. loc. & conduc. (2.)

2. Tutores &
 Curat.

TUTORES ET CURATORES constituti, nisi prius rationem
 sui officij reddant, conducere non possunt prædia, quæ sunt de
 patrimonio Cæsaris. l. 49. pr. ff. b. t. vel Fisci. l. 49. §. 1. ff. eod.
 Mejer. in Colleg. Argent. b. t. th. 8.

3. Curiales.

(3.) CURIALES. l. 30. C. b. t.
 l. 4. ff. de Decur. neq; per se, neq; per alium. l. 1. §. 2. de administ.
 rer. nisi successionis jure in conductione succedant. l. 4. ff. de
 Decur. & idem generaliter dicendum de omnibus, quos vel lex
 vel statutum, vel pactio à contractibus celebrandis removet. arg.
 l. f. C. de reb. alien. non alienand. Plura autem qui cupit, adeat
 Mozz. tract. de locat. & conduct. Mejer. in Colleg. Argent. b. t. Dd. &
 Commentatores ad b. t. cum brevitate studio, ad reliqua pro-
 gredi suadeat.

CAPUT

DE MATERIA LOCATIONIS ET
CONDUCTIONIS.

16. **L**ocationis & conductionis materia à parte loca-
toris est USUS REI, VEL OPERÆ, qui locatur,
& sine quo nulla potest esse locatio, nulla conductionis.
l. 27. 28. ff. b. t. l. 12. §. 2. ff. de Usufr. a parte conductoris
verò CERTA MERCES, sine quâ hic contractus minimè cele-
brari potest. *pr. Inst. b. t. Primò autem loco de Usu rei vel o-*
peræ. Sumitur autem vocabulum rei hic generalitèr, ut quam-
cunq; rem sub se comprehendat. arg. l. 23. & l. 5. ff. de V. S. & ad
d. l. 5. Alciat. Et sic locari & conduci possunt I. RES OMNES,
quæ hominum commercio non sunt exemptæ. l. 34. §. 1. ff. de
contrab. Empt. Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 2. lit. A. Perez. in C. b. t. n.
6. nihilq; interest MOBILES sint an IMMOBILES. l. 7. l. 48.
§. 1. & passim ff. h. t. CORPORALES AN INCORPORALES.
l. 12. §. 2. ff. de Usufr. l. 9. §. 1. ff. b. t. §. 1. vers. cum in Inst. de Usu & ha-
bit. PROPRIÆ, AN ALIENÆ, quia usus tantum concedi-
tur, & dominium transferre non necesse est. l. 7. l. 9. §. f. l. 15. §.
8. ff. h. t. Et si Dominus postea prohibeat eum uti, qui conduxit:
Locator conductori ad interesse tenetur. d. l. 7. & 8. Anton. Fab.
lib. 2. conject. c. 5. Arumaus Exercit. Justinian. 14. th. 11. Treutl. vol.
1. disp. 29. th. 2. Lit. B. Quapropter locari & conduci potest.
FUNDUS. *l. 3. l. 9. pr. §. 1. & 2. l. 15. §. 9. l. 17. §. 1. & passim ff. b. t.*
DOMUS. *l. 24. §. 2. l. 25. §. 1. ff. b. t. l. 32. C. b. t. Imò & HO-*
SPITIUM locari postea testatur Mozzius *in emet. de Locat. & con-*
duet. tit. quomod. fin. n. 6. JURA. l. 11. §. 2. ff. b. t. USUSFRU-
CTUS. *l. 12. §. 2. de Usufr. SERVITUS PERSONALIS. §. 1. in*
f. Inst. de Usu & habit. l. 9. §. 1. ff. b. t. l. 12. §. 2. ff. de Usufr. l. 13. C.
cod. Giphian. lib. 3. disp. 29. th. 13. Aliàs SERVITUS REALIS
locari nec conduci potest. *l. 44. ff. b. t. l. 11. §. ult. ff. de pign. & by-*
poth. Nicolaus Ruemerus. lib. 3. Disputation. jur. civil. disp. 9. th. 22.
Perez. in C. b. t. n. 7. Verum de omnibus, & singulis rebus loca-
libus & conducibilibus copiosius hic agere, lubens supersedeo,
quia præfatus sum, me omnes & singulas res breviter, de ijs pro-
temporis, quod mihi suppetit, ratione esse tractaturum. Qui
vult,

*Materia locat.
& conductionis
sit.*

*Res quomodo
hic sumatur.
Locari & Con-
duci possunt.
I. Res omnes.*

vult, potest videre sæpè laudatum Mejerum in Colleg. Argentorat. th. 7. ubi firmè omnes res, quæ locari & conducì possunt, pertractat.

Opera.

17. Locari & conducì quoque possunt 2. OPERÆ, quæ nihil aliud sunt, quam hominis factum, ut in personâ re vel causâ quâpiam præstetur, ab aliquo pro mercede conductum. *Hennig. Rennemann. in comment. de jur. oblig. ad h. t. th. 9.* Hoc factum verò debet esse (1.) Honestum & locari solitum. *l. 30. §. 2. l. 25. §. 7. & pass. ff. h. t.* & consistit v. g. in pascendis vitulis. *l. 9. §. 5. ff. h. t.* In vehendo frumento. *l. 31. pr. ff. h. t.* In gemma includenda. *l. 13. §. 5. ff. eod.* in annulo faciundo. *§. 4. Inst. h. t. l. 2. §. 1. l. 31. ff. eod.* in tabula pingenda. *l. 5. §. 2. præscript. verb.* & in reliquis faciendis & præstandis operibus honestis, & locari solitis, de quibus ubique, legendo titulum nobilissimum ff. de Locatione & conductione, exempla multa invenies. Quæritur autem an liber homo suas operas alteri locari possit? R. affirmando, si scilicet locatio ad certum tempus fiat. Quod si liber homo, ut sunt famulus vel ancilla, qui nobis suas operas ad certum tempus locant, ante hoc locationis & conductionis tempus finitum, malitiosè discedant, nullamque habeant sui discessus causam justam, wann Sie keine redliche Ehehafft und Ursachen haben. Ordinat. Polit. Erfurt. art. 50. qualis est adversa valetudo, ob quam ad operas præstandas planè sunt inutilis, nec etiam spes restitutionis apparet. *l. 38. ff. locali.* Item nimia & intolerabilis Domini sævitia: cum Domino non nisi moderata castigatio sit permissa, arg. §. sed hoc tempore *Inst. de his qui sunt sui vel alieni jur.* merces ipsi non debetur, & simul damnum ex fugâ datum, resarcire tenentur. arg. *l. 1. C. de serv. fugit. Daniel Möller. lib. 2. Semestr. c. 17. vid. quog. Elect. Saxon. Mauritiij & Augusti Ordit. Prov. Von Keyssigen Knechten und Dienstbohten.* Sibi enim imputet, quod mercede caret, si ante tempus decedit, ut refert *Treüt. vol. 1. disp. 29. th. 2. lit. G.* (2.) Possibile: impossibile enim nulla est obligatio. *l. 185. ff. de R. J. l. si quis in gravi ff. ad Syllan.* & quod impossibile est, neque pacto neque stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem aut factum efficere possit. *l. 31. ff. de R. J. Rennemann. in Comment. de jur. oblig. disp. 10. th. 19.*

Quæ res vel ope-

18. His ita præmissis, verbo etiam attingam res & operas, quæ

quæ locari & conducì non possunt. Et sciendum, res quæ in re- *re Locari &*
 rum natura non sunt, vel respuunt naturam locationis; Item fa- *conducì non possunt?*
 cta, quæ vel fieri non possunt, vel locari non sunt solita, locari &
 eonduci non possunt. *Habn. ad Wesenb. n. 5.* Et ita locari &
 conducì non potest. **JUS PATRONATUS** per se. *cap. de jure*
verò patronatus 16. Extr. de jur. patron. l. 1. § 2. ff. h. t. Lambertini
in tract. de jur. patron. quæst. 8. part. 2. quæst. principal. 1. cum seqq.
Mozz. in tract. de Locat. & conduct. tit. de rebus quæ locari poss. n. 9.
REALIS SERVITUS. l. 44. ff. h. t. *Wesenb. in watur. ff. h. t. n. 5.*
Trentl. vol. 1. disput. 29. thes. 2. lit. A. Perez. in C. ad h. t. n. 7. **RES**
PROPRIA. quæ quamvis locari, non tamen conducì potest. l. 9.
 §. ult. ff. h. t. l. 45. ff. de R. J. quia quod proprium conductoris
 est, amplius ejus fieri nequit. §. 10. *Inst. de Legat. l. 14. §. 2. ff. de*
Except. rei jud. **OPERÆ LIBERORUM HOMINUM,** in per-
 petuum scil. l. 71. §. 2. ff. de condit. & Demonst. l. 37. ff. de liberal.
 caus. l. 6. §. 24. C. eod. ex quibus textibus manifestò liquet nul-
 lam conventionem, nullumq; pactum valere quo aliquis se faci-
 at servum, Jam verò si in perpetuum quis se obligat: ista obliga-
 tio instar servitutis habetur. l. 2. ff. de hom. lib. exhib. Nec is per
 substitutum laborare potest, quia ejus operam desideravimus,
 cujus personam tanquam satis habilem & idoneam elegimus;
 Et, si quis alicujus personam ut præstet operam suam saltem
 ad tempus satis idoneam putaverit, & in veritate res se ita non ha-
 beat, à contractu recedere, licitum est: Hinc opificum statutum,
 daß was etner angefangen oder zugeschnitten / der andere nicht soll
 ausmachen. *Imperator Zeno. int. un. C. de Monopol. & convent.*
reg. illiciti sub gravissimâ pœnâ, tanquam omnistarionis expers,
improbat. Cui etiam ad stipulatur, Recels. Imp. de Anno 1594. §.
 Und als auch bey diesem / re. **ADVOCATORUM ET MEDI-**
CORUM OPERÆ, quoq; locari nequeunt. *vid. ib. 14.* Nec
 opera Sacerdotum Ecclesiasticæ. *cap. cum Ecclesie. Extr. de Simon*
& c. vid. Mejer. in Colleg. argent. b. tit. ib. 11.
 19. Materia verò à parte conductoris, est nihil aliud *Mercès conditio-*
 quam merces, à merendo dicta, *teste Varrone lib. 2. ling. Latin. &*
 est id ipsum quod pro usu rei, vel opera personæ datur. *Trentler.*
vol. 1. disput. 29. ib. 3. lit. A. & vocatur interdum precium. l. 28. §. 1.
l. 51. §. 1. l. 58. pr. ff. h. t. Hæc autem merces debet esse (I.)
CERTA.

1. Debet esse cer-
ta. CERTA, §. 1. Inst. b. t. l. 52. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 2. l.
25. ff. b. tit. certum autem existimatur, cujus quantitas non solum
certo nomine expressa est, veluti loco tibi fund. m. 10 florensis;
sed etiam si relatio ad aliud fuerit factum, uti ch. 7. traditum.
Et definitur ab ipsis contrahentibus. l. 2. ff. b. t. l. 25. l. ult. C. de
contrab. Empt. Imò in arbitrium tertij poni posse, probatur arg.
l. 25. ff. b. t. Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 3. lit. D. Ludwel. disp. 13. th. 5.
lit. F. Interdum quoque conductor in mercedis certitudinem fi-
dejusores dare solet. arg. l. 54. & seqq. b. t. l. 7. l. 27. C. eod. Quæ-
ritur autem, an per conductoris moram, adaugeatur etiam fide-
jusoris obligatio? Quæ questio quamvis sit satis anceps, tamen
hac distinctione solvi posse puto; Aut Fidejussor simpliciter in-
tercescit, & tunc nego; Aut ad omnem causam fidejubendo se
adstrinxit, & sic Ajo, hac distinctione adhibitâ tollitur pugna in-
ter l. 54. ff. b. t. ubi simpliciter intercescit, & l. 8. ff. quod cert. loc. u-
bi intervenit in omnem causam. Treutl. vol. 1. disp. 19. th. 3. lit. D.
vid. quoque Carpz. de hac questione in Def. Forens. p. 2. const. 19. def. 2.
& 8.

20. Quando verò dicimus mercedem debere esse certam,
excludimus simulatam vel imaginariam Locationem, imò etiam
locationem donationis causa factam. l. 20. §. 1. ff. b. t. Et sic lo-
catio & conductio, uno nummo facta, nulla est, sed imaginem
saltem locationis habet, donationem verò in effectu inducit. l.
46. ff. b. t. unus siquidem nummus mercedi sive precio opponi-
tur. l. 10. §. f. ff. de acquir. vel amit. poss. Certitudo autem merce-
dis adeò necessaria est, ut si contrahentes in quantitate disenti-
ant, v. g. si majus locator, minus autem conductor putavit nihil
agitur; At si Locator se minoris locare, conductor verò pluri-
senserit, tunc utiq; conductio non erit pluri, quàm quanti con-
ductor putavit, l. 52. ff. b. t.

2. Justa.

21. Merces quoque debet esse (2.) JUSTA, seu usui operæ
ve respondens. Justum autem hic intelligitur, non quod accu-
ratisimâ proportionem intercedere debeat, sed secundum huma-
nam naturam civiliter, & *εὐνομίαν*, & ita, quemadmodum in
emendo & vendendo, naturaliter concessum est, quod pluri sit
minoris emere, quod minoris sit pluri vendere, & ita invicem se
circumscribere, ita circa dubitationis aleam positum est, & in lo-
catione

catione & conductione idem fieri posse. *arg. l. 22. §. 3. l. 23. ff. b. e.*
 circumventio autem in quantitate certâ consistere debet, ita ut
 subsistat ultra dimidium. *d. l. 22. §. 23. ff. b. e. Franz. a. n. 214. ad*
249. Excellentiss. Dn. D. Struve in Syntag. Jur. Civil. Exercit. 23. th.
20. §. 49. Exercit. 24. th. 6. Quod etiam de Jure Canon. proced.
cap. pen. de Empt. quapropter & in foro conscientie locum ha-
 bet, maxime verò in mercatoribus. *Bald. in rubr. C. de com. m. b.*
Empt. n. 12.

22. Merces 3. debet CONFESTIM definiri. uti *th. 7.*
 dictum. 4. Deniq; consistere debet regularitèr in pecuniâ nu-
 merata, ut *ead. th. 7. dictum*, propter commodiorem tamen con-
 trahendi modum, in quacung; re fungibili, pondere, numero &
 mensurâ constante consistere posse. *Dd. statuunt. Treutl. vol. 1.*
disp. 29. th. 3. lit. G. Pacius in Analys. Cod. ad b. t. n. 26. Perez. in C.
ad b. t. n. 3. Menoch. qvæst seu controvers. illust. ad Inst. disp. 16. th. 16.
Rennemann. in com. de Jur. oblig. disp. 10. th. 14. Dn. D. Struve
præceptor meus honorandus in sapè laudato Syntag. Jur. Civil. Exercit.
24. th. 4.

3. Debet confestim
 4. Consistere de-
 bet in pecuniâ
 numeratâ.

CAPIT IV.

DE FORMA, ET FINE LOCATIO- NIS ET CONDUCTIONIS.

23. **Q**uoniam in præcedentibus capitibus de sub-
 stantialibus Locationis & conductionis, pro viribus
 satis diximus, sine ulteriorum verborum antipa-
 gmentis, ejus formam quam breviter fieri potest, in-
 vestigare, mens est. FORMA autem consistit in eo, ut contra-
 hentes conveniant, ac designent certam ac definitam mercedem
 pro usu, rei, vel operæ. *Dn. D. Struve Syntag. Jur. Civil. Exercit.*
24. th. 7. de quibus omnibus copiosius supra d. sum. Ut autem
 probatio sit facilior, partes inter se convenire possunt, ut contra-
 ctus hic in scripturam redigatur. *l. 33. C. b. t. vel instrumentum*
conficiatur. l. 23. 24. 26. C. eod. locatio quoq; purè concipi po-
test, & quia fermè iisdem regulis constat, quibus emptio & ven-
ditio. l. 2. pr. §. 1. ff. b. tit. sub certâ conditione contrahi pos-
se, dubium non est, l. 20. pr. ff. b. t.

Forma locatio-
 nis & conductionis.

24. Tempus etiam, præsertim in locationibus rerum præ-
 C finiri

Tempus in loca-



ione praeferri solet. finiri solet. *l. 14. l. 24. §. 2. ff. b. t. l. 30. ff. de legat. 3.* Et est vel
solet. BREVE, sive modicum, quod non porrigitur ad decennium,
Vel Breve. sed ad brevis temporis spacium: puta in lustrum. *l. 13. §. ult. l. 24. §. si domus. §. colonus. ff. b. t. vel in plures annos. l. 32. ff. eod. imò & in pauciores, v. g. in annum, & menses. l. 19. §. 6. ff. eod.*
Vel Longum. Vel LONGUM, sive perpetuum, quod in decennium vel ultra porrigitur, nimirum in 20. 30. annos. *l. 10. C. b. t. l. 32. l. 6. ff. b. t.*
 Haec est ejusmodi locatio, cum ita aliquid locatur, ut quamdiu pensio seu merces certa praestetur, id auferri non liceat, ne quidem ab haeredibus conductoris. *Perez. in C. ad b. t. n. 15.* Unde nomen accepit Jus perpetuarium, & perpetuarius conductor. *l. ult. C. de locat. praed. civil.* Nec refragatur quod Dd. communiter in eâ fiat opinione, quod locatio post decennium tribuat utile dominium, quorum sententiam Conanus. Wessenbecius & Hahnus in not. *ibid. ad b. t. n. 8.* firmissimis rationibus improbant.

25. Minimè autem perpetua conductio est confundenda cum Emphyteusi, quæ quamvis locationi ad longum tempus, ut & emptioni, valdè affinis sit, & quædam species, separatam tamen ab utraq; habet naturam. *§. 3. Inst. b. t. l. 1. C. de jur. Emphyte. Schnob. disp. 11. tit. 25.* Videtur quidem ad locationem pertinere Emphyteusis, propter pensionem annuè præstandam, & dominium, quod manet penes concedentem, quia non temporis adjectione, sed propria conventionis forma, ab ea distinguitur. *l. 8. ff. emand. l. 44. de O. & A. Wessenb. in varat. ff. b. t. n. 8. Hanon. in contr. illust. ad Inst. disp. 16. tit. 17.* Ad venditionem verò si finem & causam ejus inspicias, quæ est, ut rem accipiens quodammodo eam, ut suam habeat. *Zastus ad ff. b. t. n. 53.* In eo autem præprimis differt locatio ab Emphyteusi, quod per Emphyteusin transeat utile dominium in accipientem, aut per locationem non ita. *Wessenb. in varat. ff. b. t. n. 8. Bronch. cent. 2. assert. 67.* Quomodo autem ulterius differat locatio à reliquis contractibus, videri potest. Hanpr. in egregio illo commentario, quem scripsit ad h. t. addatur quoq; (de forma locationis, quæ plura desiderat) *Mejerus in Colleg. Argent. b. t. tit. 12.*

26. Cum in quacunq; re, præprimis FINIS inspiciendus sit, à quo non solum res denominatur sed etiam qualis censenda sit.

Finis, locat. & conduct.

Et declaratur, prout declarat Nicol. Everb. in Loc. Legal. Loc. & vir-
 tute finis. n. 2. & 3. Ideoq; hoc loco cum præterire non possumus.
 Et in genere cum Wesenbecio in *Wamtill. ff. adh. t. n. 9.*
 dicimus: Quod finis locationis & conductionis, sit idem, qui
 aliorum contractuum, publica sc. utilitas, ut rerum & operarum
 usus, sine alterius tamen incommodo communicetur. Mejer. in
 Colleg. argent. h. t. th. 16. In specie verò consideratus finis, &
 quidem respectu locatoris, est consequutio certæ mercedis. Lo-
 cator enim res illas, quibus procul dubio non indiget, alteri lo-
 cat, ut mercedem, regularitèr in pecuniâ numeratâ consistentem,
 consequatur; Respectu Conductoris verò ut rei, vel operæ loca-
 tæ usus transeat ad conductorem, datâ prius mercede. Et in eo
 differt locatio & conductio ab Emptione & venditione, quod in
 emptione transeat possessio; Et si venditor est Dominus, etiam
 dominium; Si non est dominus, potestas habendi. *l. 1. ff. de ven.
 permut. l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. de Empt. & vend. aut conditio usu-
 capiendi. l. 2. in pr. & tot. tit. ff. pro Empt.* In locatione verò, ut
 dictum, tantum usus transit ad conductorem, non verò possessio,
 & multò minus dominium. *l. 65. ff. de contrahend. Empt. l. 33. §. 1.
 inf. ff. de usurp. & usucap.* Plures differentias vide apud Wesenb.
ad ff. b. t. n. 11. vid. quoq; dict. Harprecht.

CAPUT V.

DE EFFECTIBUS LOCATIONIS ET
CONDUCTIONIS.

27. **H**is positis, ad locationis & conductionis effe-
 ctum non immeritò facimus transitum. Præcipu-
 us autem hujus contractus Effectus est, OBLIGA- *Locat. & con-*
 TIO BILATERA, seu MUTUA, quâ scilicet loca- *duct. effectus.*
 tor conductori, & vicissim conductor locatori obstrictus est. *De.*
D. Struve Exercit. 24. th. 9. Et quidem locator (ejusve hæredes.
l. 10. C. b. t.) rem vel operam alteri locans, conductorem sibi ha-
 bet obligatum, ut mercedem pro re locatâ consequatur; Con-
 ductor verò locatorem quoq; obligatum habet, ut usum rei, vel
 operæ concedat, & ut ipsi re, quam conduxit, frui liceat. *l. 15. pr.
 §. 1. ff. b. t.* Unde apparet in conductorem, nec possessionem,

nec Dominium transferri. Est quidem in possessione, ad fruendum utendi fruendive gratia. l. 9. ff. de R. V. l. 10. §. 1. l. 18. pr. ff. de acquir. poss. l. 2. C. de prescript. 30. vel 40. ann.

28. Interdum pars una contrahentium, est in mora præstandi debiti, quapropter, ad effectum hunc consequendum, duas proditæ fundationes, quarum una datur locatori, altera vero conductori. Illa dicitur LOCATI. pr. Inst. b. r. seu ex locato. l. 5. l. 9. §. ult. l. 13. pr. l. 22. pr. ff. b. r. Hæc vero CONDUCTI. l. 15. pr. ff. eod. Ultraque bonæ fidei est. l. quæro 54. ff. eod. & in hæredem transitoria. l. 19. §. 8. eod. non vero in singularem successorum. Dm. D. Struve Exercit. 24. ibi 27. Wesenb. in wam. ff. b. r. n. 13. & Habn. ibid. Perez. in C. ad b. r. n. 16.

Actio Locati cui datur:

Quid conductor prestare debeat.

1. Mercedem promissam iusto tempore solvere debet.

29. ACTIO LOCATI est, quæ agit Locator ejusve hæredes, adversus conductorem, & ejus hæredes, ad ea consequenda, quæ ei à conductore prestare oportet. arg. l. 25. §. 3. ff. b. r. à conductore autem sequentia præstanda sunt. (1.) Debetis mercedem promissam iusto tempore præstare l. 54. pr. ff. b. r. Schneidw. ad §. 28. Inst. de Act. in act. locat. n. 14. & seqq. aut si moram faciat in mercede solvenda, usuras quoque solvere. l. 58. ff. b. r. l. 13. l. 17. C. eod. ratio est: quia est actio b. f. proinde usuræ ex morâ debentur, non jure actionis, sed officio judicis. l. 54. ff. b. r. Perez. in C. b. r. n. 22. Zosius. ad ff. b. r. n. 15. Quam mercedem in fine anni regulariter solvenda esse statuimus, nisi aliter conventum fuerit, vel aliud regionis mos habeat. arg. l. 42. ff. de V. O. l. 34. ff. de R. J. Ludwell. Diss. ad Inst. 13. ibi 6. lit. B. Si autem inquilinus in solutione mercedis cessaverit, & biennium sit præterlapsum, licite expelli potest. Wesenb. in wam. ff. b. r. n. 14. Zosius ad ff. b. r. n. 37. & 38. Quando conductor ante tempus definitum deserit habitationem, vel fundum, locator nihilominus eum statim mercedis nomine convenire potest. l. 24. §. 2. ff. b. r. eamque integram exigere. l. 55. §. ult. ff. eod. Nisi iusta subessent causæ, ob quas habitationem vel fundum deserere potuisset, de quibus in l. 31. Quæritur quid obtineat, si pluribus inquilinis habitatio sit locata, & unus eorum non solutâ ratâ mercedis partem deserat eam, an ceteri integram pensionem solveret teneantur? R. Negand. nisi aliud & fortè sic sit conventum, quod singuli in solidum solvere promiserint. Wann nichts einer für alle und alle für

*Sie etinen in stehen / in gesagt. Angl. in l. duos fratres. 78. n. 2. ff. de ac-
quir. hered. Jason. in l. i. n. 28. C. quæ test. fac. poss.*

30. (2.) Conductor finito ulu, rem locatam restituere de-
bet. *l. 48. ff. b. r. l. 25. C. eod. quod si autem eam restituere recu-
saverit, aut corruptam reddiderit, in tantum damnabitur, quan-
tum in litem juratum. Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 6. lit. B. Ludvel.
disp. Inst. 13. tb. 6. l. C. Et si litem usq; ad sententiam definitivam
protraxerit, locatori quoq; æstimationem (ad similitudinem in-
vaforis alienæ possessionis) præbere compellitur. *l. conductores
34. C. b. r. Ibiq; Scharf. & alij. Interdum verò conductor ante
expletum locationis tempus migrare cogitur, si scilicet dominus
demonstraverit proprijs usibus ædes necessarias. *l. ad 3. C. b. r.
ratio est: quia propria commoda, alienis sunt anteponenda.
Expelli quoq; potest, si domus egeat necessariâ refectione & cor-
rectione. Imò si conductor male in re locatâ versatus fuerit,
tunc non solum emigrare compellitur, verum etiam, ex commu-
ni Dd. sententiâ, integram mercedem præstare tenetur. *Gloss. in
Auth. qui rem hujusmodi in verb. temporis C. de S. S. Eccles. B. Dn. D.
Ludvel. Exercit. ad Inst. disp. 13. tb. 6. lit. C. Dn. D. Struve Syntag.
Jur. civil. Exercit. 24. tb. 12. Et tandem si rem locatam sui com-
modi causa vendat, quo casu conductor locatori cedere tenetur,
juxta proverbium: *Kauff gehet vor Nieht / Oder: Kauff bricht
Heur. l. 9. C. b. r. l. 25. §. 1. & l. 33. §. similiter ff. eod. Möller. lib. 4.
semestr. cap. 14. Excellentiss. Dn. D. Struve cit. loc. tb. 27. Habn. ad
Wesenb. n. 13. Hæc verò non procedunt si in principio contra-
ctus hæ causæ adfuerint, ut v. g. locator ipse ædibus indigeat. *Fab.
ad C. l. 4. tit. 41. def. 51. n. 3. Perez. in C. b. r. n. 33.******

2. Conductor fi-
nito usu rem re-
stituere debet.

31. Diximus quidem conductorem certis casibus expelli
posse, tamen illud certis sine causis fieri nequit, cum regulariter
(*vid. tb. 29.*) ante conductionis finitum tempus emigrare non
possit, sed si emigraverit, integram mercedem ab ipso peti possit;
interveniente tamen justâ causâ, ante illud tempus resilire potest,
mercesq; pro ratâ deminuitur. *l. 15. §. 7. l. 33. ff. b. r. l. 18. §. 6. ff. de
damn. infect. Justæ autem causæ sunt: v. g. Metus spectrorum,
& ut Treutlerus *vol. 1. disp. 29. tb. 5. lit. B.* dicit: cum quæ eviden-
tissimis ostentis, tetricis imaginibus, & assiduis illusionibus in qui-
statur. Nec obstat, quod quidam in eâ sint opinione, metum
hunc*

hunc esse vanum. *arg. l. 184. ff. de R. J. & quia prudentes, ut ait Horatius:*

Nocturnos lemures portentaq; Thesala rident.

Sed vanum non esse ostendit *Covar. 4. var. resol. 6. & Gomez. 2. resol. 3. n. 3. & reliq.* Item Militum hostilis impetus, & similes, quas habet Jctorum princeps Ulpianus in *l. 15. §. 2. ff. b. t. Gail. 2. obs. 23. n. 3.* Quæritur verò hic, an pestis sit justa emigrandi causa, ut remissionem pensionis operetur? Quam quæstionem distinguendo, eleganter decidit Gailius *2. obs. 23. n. 7.* quapropter de eâ prolixius hic agere, non necessarium esse puto.

32. Interdum conductor non utitur re, sicut bonus paterf. *l. 25. §. 3. ff. b. t.* unde res vel facta deterior. *l. 11. §. 2. ff. eod.* vel incendio corrumpitur. *l. 9. §. 3. ff. eod.* quapropter (3.) Conductor damnus datum DOLO (cujus probatio ei incumbit, qui dolum arguit, sive agat, sive excipiat, quia is facti est, & de eo non facile præsumitur. *l. 18. §. 1. ff. de prob. l. 2. ff. eod. Gail. 2. obs. 110. n. 6.*) resarcire tenetur, & quia in hoc contractu utriusq; contractantis versatur utilitas. *l. 5. §. 2. ff. commod. l. 25. §. 4. ff. b. t. CULPAM LATAM & LEVEM in se recipere debet. l. 13. §. 1. l. 9. §. 1. ff. b. t. l. 28. C. eod. l. 23. ff. de R. J.* Non vero LEVISSIMAM, multò minùs de CASU FORTUITO tenetur. *Gail. 2. obs. 21. n. 1. Anthon. Match. in not. & Animadvers. ad Inst. §. ult. b. t. Zasius ad ff. b. t. n. 16. Perez. in C. b. t. n. 29.* Nisi cum specialitèr in se receperit, quo casu etiam de insolitis periculis conveniri potest. *arg. l. 9. §. 2. ff. b. t. l. 7. §. 15. ff. de pact. ubi dicitur, quod, si quis ex causa depositi omne periculum in se receperit, pacto standum sit, nec ibi distinguitur an periculum solitum, an verò insolitum sit. Carpz. Jurisprud. forens. const. 37. def. 17. n. 5. & seqq.*

3. Conductor dolum, latam ac levem culpam præstare debet.

33. Quæritur autem hic 1. An qui periculum in se suscepit, teneatur quoq; de casu fortuito? Affirmamus: quia periculum sub se comprehendit omnem casum. *arg. l. 14. ff. de peric. & commod. rei vendit.* Sic vox periculi significat casum in *l. 4. pr. ff. de reb. cred. l. 34. ff. mandat. l. 4. C. de peric. tut. & cumt.* Quæritur 2. An conductor ædes incendio absumptas, resarcire teneatur? Respondemus, Aut culpa inhabitantium est exortum; Aut casu ædes incendio absumptæ: Priori casu ajo. Monendum autem hic, quod, quamvis inhabitantium culpa plerumq; fieri præsu.

præsumatur, tamen hæc præsumptio Inquilinum gravare non debet, quia levisimam culpam (quam non præstat) id accidisse, potius præsumendum, posito verò casu, eum de incendio teneri, et umq; in culpa esse, necesse est determinare certam alicujus personam culpam, quæ si non probetur, remanet incertitudo, & per consequens sententia condemnatoria sequi non potest. Nam incendium sine patrisfam. culpa fieri potest. *Gail. 2. obs. 21. & 22. Zæsius ad ff. h. t. n. 25.* Posteriori verò casu *Nego. arg. l. ii. ff. de incendi. ruin. naufrag. Gail. cit. loc.* ubi hanc quæstionem pluribus pertractat. *Addatur Mynsing. cent. 6. obs. 88. n. 3. Perez. in C. ad l. r. n. 28.* Diximus culpam levisimam regulariter à conductore non præstari, certis tamen casibus præstari, luce meridiana clarior est. *arg. l. 25. §. penult. l. 40. ff. h. t. Fachin. lib. 1. controvers. 86. B. D. Ungeb. Exercit. 12. q. 8. Excellentiss. Dn. D. Falckner præceptor meus in æternum colendus, in Diss. de Dol. culp. & cas. pro loco habit. th. 37. quam dissertationem omnino vide.*

34. ACTIO CONDUCTI est, quæ agit conductor ejusq; heredes, adversus locatorem ejusve heredes, ad consequendum id, quod ei à locatore præstandum venit. Et quidem (1.) Locator præstare debet Usum rei, ut se. conductor re locata uti possit, cuius gratia potissimum hic contractus est initus, quod si non fecerit, ad solvendum interesse cogi potest. *l. 7. ibiq; Gothofred. l. 8. 9. ff. h. t. Möll. l. 4. Semest. c. 14. Pacius cent. 5. concil. leg. q. 16.* Si verò dolo aut culpam caret locator, nihil amplius conductori debet, quam ut mercedem ei remittat, & si forte merces antea soluta fuerit, reddatur. *l. 24. §. 4. l. 33. ff. h. t. B. Dn. D. Ludw. Exercit. Inst. 13. th. 6. lit. F. Perez. in C. h. t. n. 30. Treul. vol. 1. diss. 29. th. 7. lit. A.*

35. (2.) Tenetur quoq; reficere domum locatam, locis necessarijs, aut mercedem pro rata temporis remittere. *l. 15. §. 1. l. 27. ff. h. t. B. D. Ludw. cit. loc. lit. g. & ab ipso cit. Wesenb.* (3.) Damna, quæ ob rei locatæ vitium conductor passus est, refarcire tenetur. *l. 19. §. 1. ff. h. t. l. 18. C. eod.* quod tamen non aliter procedit, quam si locator sciverit rem vitiosam, alias ignorantia excusabit, & faciet eum non teneri ad damna extrinsecus advenientia, sufficereq; remitti pensionem. *Exempla videri possunt in cit. l. 19. ff. h. t. Treul. vol. 1. diss. 29. th. 7. lit. G.* (4.) Impensas, id est

Actio conducti
cui detur.
1. Locator præstare debet usum rei.

2. Tenetur reficere domum locatam.
3. Damna refarcire tenetur.

4. Impensas, id est

necessarias *fas non modo necessarias, sed etiam utiles in rem locatam factas*
quam utiles re- reddere debet. *l. 55. §. 1. ubi Gothof. l. 15. §. 1. l. 12 §. 4. l. 61 ff. b. 2.*
funderc debet. *Menoch. lib. 2. de arbit. Jud. cent. 3. c. 215. Manz. ad Inst. b. 1. ad §.*
5. Pensio ob vim §. vers. & si quid n. 12. (5.) Deniq; ob vim majorem, sterilitatem,
majorem, steri- interitum rei locatae, merces vel inorum, vel pro parte (nisi ali-
litate & c. re- ud expressè sit conventum) ei remitti debet. *l. 15. §. 2. & 3. l. 25. §.*
mitti debet. *6. b. t. cap. propter sterilitatem. X. cod. Menoch. dict. loc. cent. 1. cap.*
76. Schnob. disp. 11. th. 30.

36. Commodè autem hic *quæri potest* 1. An pensio, (sicut ob sterilitatem remitti potest) ob immodicam & nimiam ubertatem quoq; augeri possit? *R. Negando arg. l. 25. §. 6. ibi immodicum lucrum ff. b. t. l. 14. ff. de leg 3. Menoch. lib. 2. de Arbitr. jud. quest. cent. 1. cas. 76 & 77. Carpz. in Jurisprud. forens. p. 2. const. 37. def. 14. Tamen si pensio est remissa, & sequenti anno ubertas contigerit, eam repeti posse, citra omne dubium est. Carpz. cit. loc. p. 2. cap. 37. def. 11. & 12. Gail. 2. obs. 21. & 23. ubi omnino vide.*

37. *Quæritur* 2. An sumptus metatorum, hoc est, hospitiorum, *quæ militibus supervenientibus præbentur, nostro sermone: Was bey Einquartierungen aufgewendet/ conductor à locatore repetere possit? Affirmantium castra sequor, quorum refugium est. l. 9. C. de Metat. & Epidemet. Nisi tempore belli conduxerit domum, tunc enim propter scientiam, non habet pensionis remissionem, quia damnum quod quis sua culpa sentit, sibi, non alijs imputare debet, testante Gailio 2. obs. 23. n. 11. ibiq; citat. sext.*

38. Tandem 3. *Quæri potest, an conductor ad solutionem collectorum & tributorum sit obstrictus? Communis quidem Dd. sententia est, quod non sit obstrictus, rationem addunt hanc: Quia conductor, non possideat, sed detineat saltem rem locatam, tantumq; in possessione esse dicatur. §. 3. Inst. de Interd. l. 1. C. com. de Usucap. Carpz. Jurisprud. forens. p. 2. c. 4. def. 5. Ast potius distingvendum esse puto, inter collectas, quæ personarum rebus conductoris imponuntur, & collectas, quæ ipsi rei locatae: Illas conductor præstat, ut est Capitatio Haupt oder Kopf Geld/ quæ personarum tantum indici solent, nullâ habitâ ratione patrimonij; Contribution so auf die Handel und Nahrung geschlagen*

gen wird. Item census rerum, quæ imponitur personæ conductoris, vel ratione patrimonij, quæstus, mercaturæ, vel alterius artificij. Ein gewisses von Gütern zu entrichten. Ad has enim conductores, ut cives & incolæ provinciæ sunt obstricti. *Recess. Imp. de Anno 1594. §. Demnach dann re. l. rescripto. §. f. de mun. & honor.* Hæ verò à locatore sunt præstanda. *arg. l. 4. §. 2. ff. de Cenfib. l. 7. C. de Donat.* Quod si autem ejusmodi collectas conductor præstitisse probaverit, eas repetere potest. *arg. l. un. §. 3. ff. de via publ. Dn. D. Struve Syntag. Jur. civil. Exercit. 24. th. 19.* Tantum de effectibus, sequitur caput ultimum, de modis quibus locatio & conductio destruitur.

CAPIT. VI.

DE MODIS, QUIBUS LOCATIO ET CONDUCTIO DESTRUITUR.

39 **Q**uamvis de contractibus innominatis, quorum quatuor sunt genera, videlicet: do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, quibus *κατά τι* & secundum quid, additur Contractus Æstimatorius, (quo sc. quis rem aliquam alteri æstimate commisit) & permutationis *Tab. in Jurispr. method. partit. Element. p. 3. sect. 4. thes. 6.* Imò de actionibus eorundem, videlicet: præscriptis verbis, & in factum actione, nobis agendum esset; quia Imperator Justinianus ipse eorum facit mentionem in *§. 1. Inst. h. t.* Nec non de pactis, quæ huic contractui apponi solent. Tamen hæc omnia, lubens sicco quasi pede præterire volui, ne dissertatio hæc promissos brevitatis limites transgrediarur, Benevoloq; Lectori fastidiosâ paginâ, nauseam creet. Igitur ad causas, ob quas locatio & conductio finitur delabimur.

40. Finitur verò locatio & conductio 1. Venditione rei locatæ, juxta illud: *Kauff gehet vor Niehte / Kauff bricht Heur.* Igitur ut supra dictum, particularis successor non tenetur stare locationi. *per l. 25. §. 1. l. 31. ff. h. t. l. 9. C. eod. l. 120. ff. deleg. 1. Schneidw. ad §. ult. Inst. h. t. Dn. D. Struve Exercit. 24. th. 27. (2.)* Læsione ultra dimidium mercedis, locationem & conductionem finiri, *Imp. Diocletianus ac Maximinianus rescripserunt, in no-*

Finitur locat. & conduct.

1. Venditione.

2. Læsione ultra dimidium. be-

D

bili

res. l. 2. C. de rescind. vendit. bilit. l. 2. C. de rescind. vendit. Et quamvis naturaliter se circum-
venire concessum. *l. 22. §. f. ff. b. t. l. 16. §. penult. ff. de Min. hoc*
tamen non accipiendum de grandi iacturâ, sed de modicâ dece-
ptione, uti supra *cap. 3. th. 20.* declaravimus. Et læsione tali
modo factâ, utriq; tam locatori, quàm conductori beneficio. *l. 2.*
C. de rescind. vendit. succurrendum esse statuo, prout ostendit
3. *Si tempus pra-* Treutl. *vol. 1. disp. 29. th. 8. lit. B.* (3.) Finitur quoq; si tempus
finitum est ela- præfinitum est elapsum. *l. 11. C. b. t.* & ob reliquas causas, de quib;
psum. bus præcedenti capite mentio facta. *Perez. in Erotem. ad Inst. h. t.*
& ad C. eod. n. 36. Coronidis loco quæritur, an si conductor in-
tra locationis tempus moriatur, morte ejus conductio quoq; ex-
stingvatur? Negamus: Quia actio hæc est b. f. & in heredem
transitoria, qui eodem jure in illa succedit, uti supra *cap. 5. th. 28.*
dictum. Perez. cit. loc. n. 37.

Hæc sunt, quæ Benevole lector, pro instituti ratione, ac te-
nuioris ingenij modulo, de amplissimâ & diffusissimâ locat. &
conduct. materiâ brevi calamo tradere volui. Veniam itaq; is-
mihi dabit, si ea, quæ propter rerum singularem excellentiam,
nobilitatem ac ubertatem vix ac ne vix quidem peritissimus Le-
gum dignè satis elaborabit, à me impolitè & ruditer exhibi-
ta fuerint: Si quâ in re erratum, id aliquando,

Deo dante, impensè resar-
cietur.

Sit igitur Soli DEO
Laus. Honor. Et. Gloria.

E I N I S.

Dum



None
Dum in Casareo quid sit CONDUCTIO Jure
 Publicitatis thesibus, dulcis Amice, doces,
 Grator. Decernent, si perges, premia tandem
 Et patriæ proceres, & Themis alma Tibi!

*Disputationis AUTORI
 Per-Eximio Dn. Diestio,
 Auditori suo industrio hinc
 gratulatur properiter*

Johann-Hermannus à Sode, D.
 & Antecessor.

Dum tractas quid sit Conductor, quidq; Locator
 Magna Locatoris conducis munera Regis.

*Ita gratulabundus apponere voluit
 Doctiss. Dno Disputanti*

Præses.

Si, peramande! Dei dotes fortasse perirent,
 quas Tibi concessit; non tua culpa foret.

Te siquidem dotes satis excoluisse locatas,
 ostendit specimen Marte tuo positam.

Ergo, nec in Dominum nostrum cum culpa redundet,

Te pergente, illas crescere non dubito.

Hæc mentis sue sensa

Amico & Conterraneo suo, in

Academia Genæ de locatione &

conductione disputaturo, transmittere

volēbat ex Salanâ

M. Joh. Swiggenius, Facultatis
 Philosophicæ ibidem Adjunctus.

D 2°

Condit

Condit avarus opes, & turpiter incubat auna.
Hunc Diesti justè æmnis, mentisq; subactæ
Præclaras depromis opes. Sed risus ut istum,
Sic te, nec non nomen, honos laudesq; manebunt.

In honorem Do. Authoris
eruditæ hujus dissertationis
posuit

M. Henric. Wilhelm König.

In Flammen voller Geist verachte das schnöde Leben
des tollen Pöbels Schaar/so an der Erden kleben
und unten liegen muß/trachte lieber in die Höh/
wie in der Weisen Zahl Er bey der Nach Welt steh.

So ist auch wehrter Freund dein stetiges Beginnen/
Weil du mit hohem Fleiß trachst nach der Ehren-Zinnen/
und Themis Tempel ehst: Jüngst war von Bündniß dir
zu streiten deine Lust: Was aber bringstu hier?

Wilstu von Muehrung iest des Rechtes Lauff vorschreiben/
und dich ie mehr und mehr der Themis einverleiben?


Wohl/wohl: fahr ferner fort/ich lobe deinen Fleiß!
und wünsch daß Themis dir bald geb verdienten Preis.

Aus unüberheblicher Schuldigkeit
wolte mit fliegender Feder Seinen
hochwerthen Brüderlichen Freund
eifertigst hierdurch beehren

M. Christophorus Sommer/
Wratisl. Sil. S.S. Theol.
Stud.

5.





ULB Halle 3
004 326 318



f

sb.

WMA





auxiliante!

JURIDICA,

E

ONE ET CTIONE

m.

Autoritate

aplisissimi *7* *C*lorum *O*rdinis

*f*lorescente *G*eranà

*f*iduo

*n*i *&* *C*onsultissimi

DRIS OHRANDT, J. U.

Judicijq; Electoralis

adessoris,

*o*mnis *h*onoris *a*c *a*moris

*c*olendi.

*q*uivitioni *s*ubjicit

EST, *S*ufato - *W*estph.

*C*AES. *J. U.* *S*tud.

*p*ondens


JURIDICO

*n*o *M. DC. LXV.*

*T*I,

FRIDERICI MEL-

BEKINDI.



B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue